

Carmen

Ex Eßlinga sacri Im,

PER II VRBE DISCE-

DENTIS, M. LEONHAR-


DI ENGELHART HA-

LENSIS.

\* \*  
\* \*

AD SCHOLAM TVBINGEN-  
SEM, L. E.

Auspicijs, faxit Christus rex magnus Olympi,  
Egrediare bonis, ingrediare bonis.  
Dirigat ille tuos gressus, tueatur & ille  
Te, ne lædaris milite, peste, fame.



TVBINGÆ, ANNO M. D. LXVIII.



Univ. Bibl.  
München

*PRVDENTIA, PIETA-  
TE, ET DOCTRINA CONSPICVO VL-*

*ro, Domino IOACHIMO BLATENHARTO,*

*Eslingensis Reipub. Consuli dignissimo, Do-  
mino suo colendissimo.*

*S. D. P.*

**C**Vm ante annum die natalitio Christi, prudentissime  
Consul, in Schola Cantorum Eslingensium publica,  
etiam meum carmen de obitu clarissimi viri, Domini  
Iacobi Blattenharti, I. V. Licentiat, vest. prud. offerrem: ac-  
cessum mihi præparante Domino Ioanne Stahelio, viro inte-  
gerrimo: facile & animum erga omnes doctos bene affectum,  
& optimè bonis artibus excoltū perspiciebam. Benevolentiam  
ac singularem fauorem, tum erga me, tum erga totam Tubin-  
gensem Scholam, exinde satis probatam & testatam insuper  
cum habeam: Libuit vest. prud. etiam hanc, vtut verba so-  
nent, expio tamen animo productam valedictionem dedica-  
re. Dubium mihi non est, etiam hoc quaecunq; meum studium  
vest. prud. non ingratum futurum, cui me reuerenter com-  
mendo. Ex Tubinga, ipso die narali Christi, initio scilicet anni  
M. D. LXVII I, qui felix & faustus sit,

Vest. Prud.

deditiss.

Leonhardus Engelhart,

# Ad Eßlingam sacri Imperij Vrbem. M. L. E.

**N**unc Eßlinga vale iubeor tibi dicere, rursus  
 Eß repetenda cito namq; Tubinga pede.  
**D. Ioñes Saxo.** Vrbs valeas: valeat Consul, qui Saxo vocatur:  
**D. Anonius Fleinerus.** Fleinerus valeat Consul & ipse grauis.  
**D. Ioachimus Blattenhart.** Tu membris animoq; potens, tu doctè, peritos  
**D. D. Ioannes Baptista Crett-** Blattenharte fouens Consul in Vrbe vale.  
**lin Iurecõsultus.** Vos duo Doctores, quos Bartolus atq; Machaon  
**D. D. Christ. E-** Effecit celebres riè valete diu.  
**binger Medic9.** Tempus in omne valetõ simul cum plebe Senatus:  
**M. Christ. Her-** Semper & vnanimis ciuica turba vale.  
**mannus Pastor.** Doctè vale pastor, reliqui valeantq; ministri:  
**Georgius Aich-** Erudiens pueros chore Philippe vale.  
**mann.** Aichmannus valeat, iubeoq; valere Draconem,  
**Thomas Drach.** In quibus eß grauitas, qua comitate nitet.  
 Vos meritõ patres, vos fratres iure vocamus:  
 Iam satis eß nobis vestra probata fides.  
 Namq; manere domi cum non grassante liceres  
 Peste, Scholæ tutus nec locus esset ibi:  
**D. D. Iacobus Herbrand, Pro-** Hanc adière viri, consensu Principis, vrbem,  
**fessor Theolo-** Atq; locum iussi sollicitare Scholæ.  
**giæ. D. D. Kilia-** Prompta fuit nobis tum vestra repente voluntas:  
**nus Vogler, lu-** Sensistis quoniam res quod & ipsa probat:  
**ris Professor.** Scilicet Illustris quòd querat & vrbis honorem,  
 Hic cupiat saluam dum residere scholam.  
 Hic, vbi bis Cameram Casar, quoq; peste fugatam  
 Ex Spira, tutam iusserat esse prius.  
 Clarior hospitibus claris nam redditur hospes:  
 Et persona locum sæpe beare solet.

Prompta

*Prompta fuit nobis, ut dixi, vestra voluntas,  
Impeditæ famæ garrulitasq; nihil.  
Cura fuit vobis, ut haberet quisq; Professor,  
In qua se posset continuisse, domum.  
Tradere magna fuit loca cura docentibus apta,  
Splendida mercatus quæ domus alta tener.  
Quos alit Illustris iuuenes Dux penè ducenti  
Commoda Cœnobîa hîc incoluere duo.  
In templo Mariæ publicosq; placebat haberi  
Actus, hæc in quo carmina picta velim.*

Diui Francisci,  
et D. Augustini.

Anno M. D. LXVI. 3. Nouemb. D. D. Ia-  
cobo Schegkio Rectore. D. Antonio  
Eleinero Consule.

HVC SCHOLA TRANSLATA EST INFECTA PESTE TVBINÆ  
THESAVRSQVE DVCIS GRATVS IN VRBE FVIT. (GA.)

Anno M. D. LXVII. M. 6. Feb. M. Ioanne  
Mendlino quartum Decano.

INDE GRADVM RETVLERE DECEMQVE NOVEMQVE MA<sup>r</sup>. Promotio  
MENDLINVS CANVS QVANDO DECANVS ERAT. (GISTRIS: Magist.

Anno M. D. LXVII. 20. Martij, pro-  
motore M. Georgio Lieblero.

ORNAVIT IUVENES TER LAVREA BACCA NOVENOS: .1. Promotio  
QVI COLIT AONIDES PRAEMIA DIGNA REFERT. Bacca.

Anno M. D. L X V I I . 7. Augusti, De-  
cano Mendlino promotore.

2. Promotio  
Magist.

CVM SEPTEMSVNT PROMOTI TER QVINQVE MAGISTRI:  
MESSIS BRAT FOETÆ FERTILIS ILLA SCHOLÆ.

Anno M. D. L X V I I . 11. Septemb. pro-  
motore M. Georgio Hizlero.

2. Promotio  
Bacca.

LAVREA PRIMA DATA EST PVERIS TER QVINQVE NOVEM  
PRAEMIA DIGNA REFERT, QVI COLIT AONIDES. (QVE.

Anno M. D. L X V I I . 11. Decemb. Rectore  
D. D. Valentino Volzio. Consule  
D. Ioanne Saxone.

HINC SCHOLA DISCESSIT, PURGATA PESTE TVBINGA:  
AMBO QVIDEM TRISTES HOSPES ET HOSPES ERANT.  
ANNI PER SPATIVM FVIT HOSPES AB HOSPITE TVTVS:  
NEC LÆSVS CIVIS, NEC STVDIOSVS ERAT.

*Posteritas leget hæc, leget aduena: tempora dicet  
Plena voluntatis quisq, fuisse bonæ.  
Accipias grates magnas, vrbs chara, quòd anni  
Per spacium ciues nos tenuere tui.  
Nos tenuere, nec inuiti, fuit aqua voluntas,  
Pluribus officijs nos coluere pijs.  
Nos duxere domum: nos conuenero vocati:  
Lavit vtriq, suo guttur vterq, mero.  
Nobiscum chartis lusere, pilisq, globisq:  
Vicinum studuit quisq, fouere suum.  
Gignere lætitiã quandam locus ipse videtur,  
Frumentum, pisces, poma, merumq, ferens.*

*Templa*



Templa suis adstant & mœnia turribus aëris:  
Pontibus & portis signa vetusta vides.  
Neccarus inuitat gressus spaciantis ad amnem:  
Quoslibet eliciunt publica prata iocos.  
Qualibet vrbs insigne gerit, certosq; colores:  
His plerunq; latent mystica signa notis.  
Fertilis est terræ color alter, & alter amani  
In scuto prati, quod tua signa notat.  
Scilicet Imperium digno decorauit honore  
Te, quæ continua fertilitate vires.  
Sæpius huc studiosa cohors fortasse recurret:  
Sæpius inuisent hospitiumq; vetus.  
Ascræus meritò vicinum grande iuuamen  
Esse bonum dixit, res neq; teste caret.  
Quàm iuuat en vicina quod est Eslinga Tubinga:  
Siue venire velis, siue redire domum?  
Pergito vicinum vicine fouere, nec vllum  
Reddere discordem te patiare malum.  
Nunc Eslinga vale: valeas Eslinga relicta  
Iam repetenda mihi namq; Tubinga fuit.  
Eslingam celebros, sed nec reprehendo Tubingam:  
Ambas inuitus linq;ere cogor ego.  
Ambabus precor vt cursus felicior anni  
Præsents currat: tu bone Christe faue.

Spadiceus & vi  
ridis color Es  
lingensium,

L. E.

*Hæc sit mea tessera firma.*

**FINIS.**

1848

Handwritten text, mostly illegible due to fading and bleed-through. Some legible words include "L. E.", "Hac", and "1848".

L. E.

Hac

1848